



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Erasmi Roterodami Bvcolicon, Lectu digniss. cum
scholijs Alardi Aemstelredami, cuius studio nunc primum
& repertum & aedium est**

Erasmus, Desiderius

Coloniæ, 1539

VD16 ZV 25822

Alardvs Aemstlredamus ad Florentium Partheniu[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-29843

Aere, potentatu celebres & nomine ciues
 Anguntur pœnis longè grauioribus. Ne. Heu me
 Quã miserum stultumq; est se ignorare. Pigeret
 Ignauum digito tristem depellere muscam.

A L A R D V S A E M S T L
 redamus ad Florentium Partheniũ.

Florida uirginitas quanti sit habenda, pusillum, at
 Nobile cum primis hoc docet elogium.

Compendiarium Virginitatis encomium.

E Saia capite 56. Et non dicat Eunuchus: Ecce ego
 lignum aridum, quia hæc dicit dominus eu-
 nuchis, Si custodierint sabbata mea, & elegerint
 quæ uelim, & tenuerint fœdus meum, ab ijs in domo
 mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs
 & filiabus, nomen sempiternum dabo eis quod nõ pe-
 ribit. Sapient. 3. Felix est sterilis & incoinquinata, quæ
 nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respe-
 ctione animarum sanctarum. Et spado qui non ope-
 ratus est per man⁹ suas iniquitatem, nec cogitauit ad-
 uersus dominum nequissima: dabitur enim ei fidei do-
 num electum, & fors in templo dei acceptissima. Mat-
 thæi decimonono, Et sunt eunuchi qui seipso castra-
 uerunt propter regnum cęlorum: qui potest capere ca-
 piat. Primæ Corinthiorum 7. Qui sine uxore ẽ, solici-
 tus est de his quæ domini sunt, quomodo placeat deo:
 & mulier innupta, & uirgo cogitat quæ domini sunt,
 ut sit sancta corpore & spiritu. Et mox ibidẽ, Bonũ est
 homini uxore nõ attingere. Nam uelim oēs homines
 esse, ut & ipse sum. Bonũ est si manserint ut & ego. Ar-
 bitror igitur hoc bonum esse propter p̄sentem necessi-
 tatem: nam bonum est homini sic esse, hoc autem ad id
 quod uobis conducibile est dico, non uti bonum uo-
 bis iniiciã, sed ut qd honestũ est ac decorũ, sequamini,
 & ut adhareatis domino absq; ulla distractione, attra-

A L A R D I

men beatior est, si sic maneat iuxta meam sententiam. Opinor autem quod & ipse spiritum dei habeam. Apocalypsis decimoquarto, Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: uirgines enim sunt, hi sequuntur agnum quocumque ierit, & sine macula sunt ante thronum Dei.

ALARDVS AEMSTELREDA
mus suo Philogeni. S. D. P.

Quod me ad coniugij sanctissimi (ut uocas) statum cohortaris, benevolentiam agnosco tuam, qui amico quod tibi est, cupis esse idem. Ergo iam pridem cum filijs Israel, lateritio opere defatigatus, ex Aegypto in desertum ad sacrificandum deo caeli propero. Cum Ioseph Aegyptiam dominam nudus effugere studeo, in eremum subductus ad aquas Marath, ut in duicediuem per crucis lignum uertantur. In desertum Iesum sequi conor, ut de eius panibus satiari merear, ne deficiam in uia. Relicta domo & aequalibus ad ripam Iordanis, & poenitentiae exhortationem a uentura ira fugere gestio. Cum Dauid excitatam in me Saulis inuidiam & immedicabilem iram declinare cupio, spem incolumitatis in latitando fugiendoque ponens. Cum Iacob in Mesopotamiam me recipere animus est. Quid enim Mesopotamia, nisi uita in meo utriusque testamenti studio acta? Cum Mose ad desertam & solitariam uitam, quam humanae perturbationes non uexant, transferre, ut uideam resplendentem lucem, ut ea instructus confirmatusque aliquando post mersos Aegyptios, deuictos omnes inimicos triumphem. Ne me aula haec regia coinquinet ac corrumpat, ne irretiat potentia, me subducere cupido incessit. Quae autem Pharaonis aula nisi fucatus hic mundus? cuius principem daemone sacrum testatur Euangelium